

Universitätsbibliothek Wuppertal

M. Tullii Ciceronis Opera Omnia

Cicero, Marcus Tullius

Basileæ, MDCLXXXII

Liber quartus: Ad Ser. Sulpicium

Nutzungsrichtlinien Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

<urn:nbn:de:hbz:468-1-1133>

M. TULLII CICERONIS.
EPISTOLARUM LIBER QUARTVS
AD SER. SULPICIUM.

ARG. De statu Reip. mutato Cesari & Pompeji discordia.

A Jus Trebatius, familiaris meus, ad me scripsit, te ex se quæsiſſe, quibus in locis essem: moleſeq; te ferre, quod me propter valitudinem tuam, cum ad utibem accessiſſem, non vididſſes: & hoc tempore velle te mecum, si propius eceſſem, de officio utriusque nostrum communicate. Utinam, Servi, salvis rebus, (sic enim est dicendum) colloqui potuſſemus inter nos, profecto aliquid opis occidenti reip. tulifſſemus Cognorat enim iam abſens, te hæc mala multo ante providentem, defenſorem pacis, & in consulatu tuo, & post consulatum fuſſe. Ego autem cum conſilium tuum probarem, & idem ipſe ſentirem, nihil proficiebam. Sero enim weneram: ſolus eram: rudiſ (etſi videbar) in cauſa: incideram in hominum pugnandi cupidorum inſanias. Nune, quoniam nihil iam videbimus opitulari poſſe reip. Si quid eſt, in quo nobis metiſiſ confuleri poſſimus, non ut ali- quid ex priſtino ſtatu noſtro retineamus, ſed ut quam ho- nelliſſime luſcamus: nemo eſt omnium, qui cum poſſim mihi, quam tecum, coſmunicandum pueſt. Nec enim clatiſſi- morum viatorum, quorum ſimiles eſſe debemus, exempla: neq; doctiſſimorum quos ſemper coluiſti, precepta te fu- giunt. Atque ipſe anteā ad te ſcripſiſſem, te fruſtrā in ſena- tum ſive poſtūs, in conuentum ſenatorum eſſe venturum, ni veritus eſſem, ne ejus animum offendere, qui à me, ut te imitarer, petebat. Cui quidem ego, me cūm rogarer, ut ad eſſem in ſenatu, eadem omnia, qua tē de pace, & de Hi- ſpaniis dicta ſunt, oſtendi me eſſe diſturm. Res vides quo modo ſe habeat: orbē terrarum, imperiis diſtributis, arde- re bello: urbē ſine legibus, ſine iudiciis, ſine jure, ſine fide, reſiſta in diſtptioni, & incendiis. Itaq; mihi venire in men- tem nihil poſteſt, non modō qui ſperem: ſed vix jam quid audeam oportare. Sin autem tibi, homini prudentiſſimo, vide- tur utile eſſe, nos colloqui: quamquam longius etiam cogi- rabam ab urbe diſcedere, cuius iam etiam nomen inviſus audio, tamen propius accedam. Trebatio que mandavi, ut, si quid tu eum velles ad me mittere, ne recuſaret: idq; ut fa- cias, velim: aut, ſi que in tuorum fidelium voles, ad me mit- tas: ne aut tibi exire ex urbe: neceſſe ſit, aut mihi accedere. Ego tantum tibi tribuo, quantum mihi forteſſe arrogo: ut exploratum habeam, quidquid nos communī ſententia ſtatuerimus, id omneis homines probaturos. Vale.

ARG. Pompeij partiſ Cesarianu ſeantepone.

M. T. C. SER. SULPICIO, S. D.

AD IIII. Kal. Majas cūm eſſem in Cumano, acceſſi tua littetas: quibus leſtiſ, cognovi, non ſati prudenter fe- ciſſe Philorium: qui, cūm ab te mandata haberet, ut ſcri- bis, de omnibus rebus, ipſe ad me non veniſſet, litteras tuas miſiſſet: quia intellexi brevioreſ fuſſe, quod eum perla- rum putasseſ ſed tamen, poſtquam litteras tuas legi, Poſſu- mia tua me conuenit, & Servius noster. His placuit, ut tu in Cumano venires: quod etiam mecum, ut ad te ſcriberem, egerunt. Quod meum conſilium exquiriſ: id eſt tale, ut ca- pere faciliſ ipſe poſſim, quam alteri dare. Quid enim eſt, quod audeam ſuadere tibi, homini ſumma auctoritate, ſum- magi, prudentia? Si quid rectiſſimum ſit, quæriuſ: perſpi- cuum eſt, si quid maximē expediat, obſcurum ſit: ſi ſumus, qui profeſio eſſe debemus, ut nihil arbitremur expedire, niſi quod reſtum, honestumq; ſit: non poſte eſſe dubium, quid faciendū nobis ſit. Quod exiſtimas, meam cauſam conjuſtari eſſe cum tua: certè ſimiſ in utraq; noſtrum, cūm optimè ſentiremus, error fuit. Nam omnia utriuſque conſilia ad concordiam ſpectaverunt: qua cūm ipſi Caſari nihil eſſet utilius, gratiam quoq; nos inire at eo, defenden- da pace, arbitrabamur. Quantum nos ſeſſellerit, & quem in

locum res deduſta fit, vides. Neque ſolum ea perſpicis, qua- geruntur, quaq; iam geſta ſunt: etiam qui curſus retum, qui exitus futurus ſit. Ergo aut probare oportet ea, qua- hunt, aut intereffe, etiam ſi non probeſ: quorum altera mi- hi turpis: altera etiam periculosa ratio videtur. Reſta, ut diſcedendum putem. In quo reliqua videtur eſſe delibera- tio, quod conſilium in diſceſſu, qua loca ſequamur. Omni- no cum miſerior res nunquam accidit, tum ne delibera- tio quidem diſſicilior. Nihil enim conſtitui poſteſ: quod non incurram in magnam aliquam diſſicultatem. Tu, ſi videbi- tur, ita centeo facias: ut ti habes iam ſtatutum, quid tibi a- gendum putes, in quo non ſit conjuſtum conſilium tuum cum meo, ſuperſideas hoc labore itineris. fin autem eſt quod mecum co-communicare veſis, ego te exiſpetabo. Tu, quod tuo co-modo poſte, quām priuū velim, venias, ſicut in- tellexi & Servio, & Poſtumia placere. Vale.

ARG. Sulpicium conſolatur, Achaea prepoſitum à Ceſare poſt uictum in Pharsalia Pompejum.

M. T. C. SER. SULPICIO, S. D.

V Ehementer te eſſe ſollicitum, & in co-ſunibus miſeriis p̄cipuo quodam dolore angit, multi ad nos quotidie deferunt. Quod quamquam minimē miror, & meuſ quo- dammodo agnoſco: doleo tamen, te ſapienſia prædi- tum prope singulari, non tuis bonis delectari poſtūs, quam alienis. Me quidem, eti nemini concedo, qui maiorem ex per- nicio, & peſte rei, moleſtiam traxerit: tamen multa iam conſolantur, maximeq; conſcientia conſiliorum meorum. Muſto enim anteā, tanquam ex aliqua ſpecula, proſpexi tem- peſtate futuram: neq; id ſolum mea ſponte, ſed muſto etiam magis, monente, & denuntianti te. Etſi enim abſui ma- gnam partem conſulatus tui: tamen & abſens cognofebam, qua eſſet tu in hoc peſtiferō bello cayendo, & prædicendo tententia, & ipſe affui priuū temporibus tui conſulatus, cum accuratiſim eſt moniti ſenatus, collectis omnibus bellis civilibus, ut & illa timerent, qua meminifuerit; & fe- rent, cum ſuperiores, nullo tali exemplo anteā in rep. cogni- to, tam crudeles fuſileu: quicunq; poſte temp. opprefſiſſet armis, muſto intolerabiliorem futurum. nam, quod exem- ple fit, id etiam jure fieri putant: ſed aliquid, atq; adeo mu- ta adiunt, & afferunt de tuo. Quare meminifile debes, eos, qui auctoritatē, & conſilium tuum non ſunt ſecuti, ſua ſtultitia occidiſſe: cum tua prudentia ſalvi eſſe potuifent. Dices: Quid me itaſta conſolatur in tantis tenebris, & qua- li parterinis reip? Eſt omnino vix conſolabilis dolor: tanta eſt omnium terum amißio, & desperatio recuperandi. Sed tamen & Ceſar ipſe ita de te diſputat: & omnes cives ſic exiſtimant: quia ſi lumen aliquid exſtinſis ceteris, elucere fanſitatem & prudientiam, & dignitatem tuam. Hac tibi ad levandas moleſtias magna eſſe debent. Quod autem à tuis abes: id eo levius ferendum eſt, quod eodem tempore à multis, & magnis moleſtias abes: quas ad te omneis perſcri- berem, niſi veterer, ne ea cognofceres abſens, qua quia non vi- des, mihi viſideris meliore eſſe conditione, quām nos, qui vi- demus. Haec tenor exiſtimo noſtrum conſolationem reſtē adhibitam eſſe, quoad certior ab homine amicissimo fieres iis de rebus, quibus levati poſſent moleſtia tuę. Reliqua ſunt in te iplo, neq; mihi ignota, nec minima ſolatia, ut qui- dem ego ſentio, mihi maxima: qua ego experienſe quoti- die, ſic probo, ut ea mihi ſalutem afferre videantur. Te au- tem ab initio xatris memoria teneo ſumme omnium do- ctriñarum ſtudioſum fuſſe, omniaque, qua a ſapienſiſimis ad bene vivendum traſta eſſent, ſummo ſtudio, curaq; di- dieſſe: qua quidem vel optimis rebus & uſui, & delectatio- ni eſſe poſſent, hiſ verò temporibus habemus aliud nihil, quo aquiescamus. Nihil faciam insolenter: neq; te, tali vel ſcientis,

scientia, vel natura praeeditum, hortabor, ut ad eas tereferas artis quibus a primis temporibus etatis studium tuum dedisti. Tantum dicas, quod te spero approbaturum, me, postea quam illi arti, cui studueram, nihil esse loci neq; in curia, neq; in foro viderem, omnem meam curam, atq; operam ad philosophiam conuiisse. Tuæ scientia excellenti, ac singulari nō multo plus, quam nostra, relictum eit loci. Quare nō equidem te moneo: sed mihi ita persuasi, te quoq; in hisdem versari rebus, quæ, etiam si minus prodest, animum tamen à sollicitudine abducere. Servius quidem tuus in omnibus ingenuis artibus, in primisque hac, in qua ego me scripti acquiescere, ita versari, ut excellat. A me vero sic diligitur, ut tibi uni concedam, praterea nemini. mihiq; ab eo gratia refertur: in quo ille existimat, quod facile appareat, cum me colat, & observet, tibi quoque in eo se facere gravissimum. Vale.

ARG. Literas Sulpicii commendas. Achaje administrationem à Sulpicio recusatam probas. De Marcelllo à Cæsare restituто, & senatus precibus donato scribit. De Sulpicii filio. De rebus urbanis & Cæsare.

M. T. C. S. D. SER. SULPICIO.

A Cipio excusationem tuam, quæ uifus es, cur sapius ad litteras uno exēplo dedidisti: sed accipio ex ea parte, quatenus aut negligenter, aut improbatore eorum, qui epistolas accipiunt, fieri scribis, ne ad nos perferantur. illam partem excusationis, quæ te scribis orationis paupertate (sic enim appellas) iisdem verbis epistolas s̄p̄ias mittere, nec nōco, nec probo. Et ego ipse, quem tu per jocum (sic enim accipio) diuitias orationis habete dicis, me non esse verborum admodum inopem agnosco: ἐγω δέ οὐχ enim non necesse est: sed tam id (nec hoc ἐγω δέ οὐχ) facile credo tuorum scriptorum subtilitatem, & elegantiam. Consilium tuum, quo te usum scribis, hoc Achaicum negotium non reculavisse, cùm semper probavilem, tum multo magis probavi, lectionis tuis proximis litteris. Omnes enim causæ, quæ coenomorar, justissima sunt, tuaq; & auctoritate, & prudenter dignissima. Quid aliter certidisse tem existimat, atq; opinis sis: id tibi nullo modo aſſent. Sed quia tanta perturbatio, & confusio est rerum: ita perculta, & prostrata fedissimo bello jacent omnia, ut is cuiq; locus, ubi ipse sit, ut sibi quisq; miserrimus esse videatur: proprieatæ & tui te consiliū p̄cenitet: nos, qui domi sumus, tibi beati videmur: at contra nobis, non tu quidem vacuus moleſtis, sed pra nobis beatus. Atq; hoc ipſi melior est tua, quam nostra, conditio, quod tu, quid doleat, scribere audes. nos, ne id quidem tuò possimus: ne id victoris vitio, quo nihil nō oderis, sed ipsius Cæsaria, quæ cibilibus bellis semper est insolens. Uno te vicimus: quod de Marcelli, collega tui, salute paulo ante, quam tu cognovimus; etiam mehercule quod, quem admodum ea res ageretur, vidimus. Nam sic fac existimes: potius has miserias, id est, postquam armis disceptari ceptum est de jure publico, nihil esse actum aliud cum dignitate. Nam & ipse Cæsar accusata a ceteritate Marcelli, (sic enim appellabat, laudataq; honorificissime & exigitate tua, & prudenter, repente, preter spem dixit, se senatus roganti de Marcello, ne hominis quidem causa negaturum. Fecerat autem hoc senatus, ut, cum à L. Pisone mentio effet facta de Marcello, & cum C. Marcellus se ad Cæsarium pedes abjecisset, cunctus confusgeret. & ad Cæsarem supplex acederet. Noli querere, ita mihi pulcher hic dies vius est: ut speciem aliquam videret videre quasi revivescens reip. Itaq; cum omnes ante me rogati gratias Cæsari egissent, prater Volcatum (is enim, si eo loco effet, negavit se facturumuisse) ego rogatus, mutavi meum consilium. Nam statueram, nō auehercole inertia, sed desiderio priuina dignitatis, in perpetuum tacere. Fregit hoc meum consilium & Cæsaris magnitudo animi, & senatus officium. Itaq; pluribus verbis egisti Cæsari gratias: meq; metuo, ne etiam in ceteris rebus honesto otio privarim: quod era unum solatum in malis. Sed tamen, quoniam effugii ejus offensiones, qui fortasse abdi-

traretur, me hanc r̄sp. non putare, si perpetuo tacerem: modicè hoc faciam: aut etiam intra modum: ut & illius voluntati, & meis studiis serviam. Nam etiā à prima atate me omnis, & doctrina liberalis, & maximè philosophia delecta vixit: tamen hoc studium quotidie ingravescit, credo & etatis maturitate ad prudentiam, & his temporum vitiis, ut nulla res alia levare animum moleſtis possit. A quo studio te abduci negotiis intelligo ex tuis litteris: sed tamen aliquid iā nos te adjuvabunt. Servius tuus, vel potius noster, summae me observantia colit: cujus ego cum omni probitate, summaci virtutum studiis, doctrinaq; delector. Is mecum sapere de tua manione, aut decessione communicat. Adhuc in hac sum fentia, nihil ut faciamus, nisi quod maximè Cæsar veile videatur. Res sunt ejusmodi, ut, si Roma sis, nihil, prater tuos, delectare possit. De reliquis, nihil melius ipsi est. Ceteri, & cetera, ejusmodi, ut, si alter utrum necesse sit, audire ea malis, quam videre. Hoc nostrum consilium nobis minime jucundum est, qui te videre cupimus: sed consuimus tibi. Vale.

g ARG. Consolatur Ciceronem Sulpice mortuam filiam Terentiam lat. sentent. SER. SULPICIUS M.T. CICERONI.S.D.

P Ostea quā milii renuntiatum est de obitu Tulliae, filiz tui, sanè quā pro eo, ac debui, graviter, moleſteq; tuli, communemq; eam calamitatem existimavi, qui si istic affuſiſſem; neq; tibi defuſfem; coramq; meum dolorem tibi declararem. Eſti genus hoc consolationis miserum, atq; aercerum est: proprieatæ quia, per quos ea conficeri debet, propinguos, ac familiareis, id ipsi pari moleſtia afficiuntur, neq; sine lacrymis multis id conati possunt: uti magis ipsi videantur aliorum consolatione indigere, quā alii posſe suum officium p̄ſtare: tamen quā in præſentia in mente mihi venerunt, deinceps brevi ad te pſcribe: non quod ea te fugere existimat: sed quod forsitan dolore impeditus minus ea perspicias. Quid est, quod tanto opere te commovent tuus dolor intestinus? cogita, quemadmodum adhuc fortuna nobiscum egerit: en nobis erexit esse, quæ hominibus non minūs, quam liberi, cara esse debent: patriam, honestatem, dignitatem, honores omnes. Hoc uno incomodo addito, quid ad dolorem adjungi potuit? aut qui non in illis rebus exercitatis animus callere jam debet, atq; omnia minori existimat? An illius vicem (credo) doles? Quoties in eam cogitationem necesse est & tu veneris, & nos sape incidimus, hisce temporibus non pefſime cum iis esse actum, quibus sine dolore licetum est mortem cum vita cōntutare? Quid autem fuit, quod illam hoc tēpore ad vivendum magno pere invitat? quæ res quæ ſpes? quod animi foliū? Ut cum aliquo adolescenti primario coniuncta traitem gereret? Licetum est tibi (credo) pro tua dignitate ex hac juventute generum diligere, eups fidei liberos tuos te tutō committere putates. An ut ex liberos ex se pararet: quos cūm florentis videret, lataretur? qui rem à parente traditam per se tenere possent? honores ordinatim petiuntur essent in rep. in amicorum negotiis libertate fui uti? Quid horum fuit, quod non prius, quam datum est, ademtum sic? At vero malum est liberos amittere. Malum, nisi hoc pejus sit, hæc ſufferre, & perpeti. Quæ res mihi non mediocrem consolationem attulit, volo tibi commemorare, si foris eadem testib⁹ minucie dolorem posuit. Ex Asia rediens, cūm ab Aegina Megaram versus navigarem, coepi regiones circum circa proficere, post me erat Aegina ante Megara, dextra Piræus, ſinistra Corinthus: quæ oppida quodam tempore florentissima fuerunt, nunc prostrata, & diruta ante oculos jacent. capi egomet mecum sic cogitare: Hem, nos homunculi, indignamus, si quis nostrum interrit, aut occidit, est, quo cum vita brevior effe debet, cum uno loco tot oppidum cadavers projecta jaceant? Vixi te, Sciri, cohibere, & meminisse, hominem te effe natum? Credere mihi: cogitatione ea non mediocriter sum confirmatus. Hoc idem, si tibi vides, fac ante oculos tibi proponas.

Modo

Modo uno tempore tot vii clarissimi interierunt: de imperio prater tanta i deminutis facta est: omnes provinciae conquisitae sunt in unius mulierculae animalia si jaucta facta est, tanto opere commoveris: quæ si hoc tempore non diem suum obisseret, paucis post annis tamen ei moriendum fuit: quoniam uero nata fuerat. Etiam tu ab his rebus animum ad cogitationem tuam avoca: atque ea potius reminiscere, quæ digna tua persona sunt: illam, quamdiu ei opus fuerit, vixisse, una cum rep. fuisse: te patrem suum, pretorem, consulem, augurem vidisse: adolescentibus primariis nuptam fuisse: omnibus bonis probè perfunctam esse: cum tesp. occidet, vita excelsissima. Quid est, quod tu, aut illa, cum fortuna hoc nomine queri possitis? Denique noli te oblivisci Ciceronem esse, & eum, qui alias confueris præcipere, & dare consilium: neque Imitari malos medicos, qui in alienis morbis protertentur tenere se medicinæ scientiam, ipsi se curare non possunt: sed potius, 3 quæ alii tute præcipere soles, tute tibi subiecte, atque a pudicium propone. **NULLUS DOLOR EST**, quem non longinquitas temporis minuat, ac molliat. Hoc te exspectare tempus, tibi turpe est, ac non ei rei sapientia tua occurre. Quod si qui etiam infelix sensus est: qui illius in te amor fuit, pietasque in omnes suos, hoc certè illa te facere non vult. Da hoc illi mortua: da ceteris amicis, ac familiaribus, qui tuo dolore morent: da patris: ut, si qua in re opus sit, opera, & consilio tuo uti possit. Denique, quoniam in eam fortunam devenimus, ut etiam huic rei nobis servientur: noli committere, ut quisquam te putet non tam filiam, quam teip. tempora, & aliorum visoriam lugere. Plura me ad te de hac re scribere puderet, ne videar prudentia tua diffidere. Quare, si hoc unum proposuero, finem faciam scribendi. Vidimus aliquoties secundam pulcherrimè ferre fortunam, magnamque ex ea re laudem adipisci: fac aliquando intelligamus, adversam quoque te aquæ ferre posse, neque id maius, quam debet, tibi onus vide: si ne ex omnibus virtutibus hec una tibi videatur deservi. Quod ad me attinet, cum te tranquillorem animo esse cognoro, de his rebus, quæ hic geruntur, quemadmodum que se provincia habeat, certiore faciam. Vale.

*A R. G. Superiori Epistola Sulpitiis respondet.
M. T. C. S. D. SER. SULPICIO.*

Ego vero, Servi, velle, ut scribis, in meo gravissimo casu affluisse. Quantum enim p̄xens me adjuvare potueris & consolando, & propè aquæ dolendo, facile ex eo intelligo, quod, litteris lectis, aliquantum acquevi. Nam & ea scripti, quæ levare luctum possent, & in me consolando, non mediocrem ipse animi dolorem adhibuisti. Servius tamen tuus omnibus officiis, quæ illi tempori tribui poterunt, declaravit, & quanti ipse me faceret, & quæ suum talentum erga me animum tibi gratum putaret fore; 4 cuius officia, jucundiora scilicet saepe mihi fuerint:

1. Dominus factus est.) Sic rectius alii, ex vetusti codice annotarunt; extatque hoc in Pal. pr. codice omnium emendatissimo, qui & pro clarissimi representant certissimum quod non absque ratione: quamquam vulgatum malum. Paulò postquam hominem nata erat, exstincte in omnibus missis & impressis, Lindebruchius tamen corrigit, hoc modo manus erat.

2. Ad cogitationem tuam avoca.) Sic Pal. pr. Viæ editio, Pall. tres ad cogitationem tuam adveva. Pal. quart. ad cogitationem tuam adveva. vulgat. quod & ex alio vetustiore libro ad impressionem notavit Egnat. habetur in Vat.

3. Quæ alii tute præcipere solet, tute tibi subiecte.) Sic Pall. quatuor Stev. vulgo ex tibi subiecte.

4. Cujus officia jucundiora scilicet saepe mihi fuerint.) Ita editio Viæ ac plerique Pall. nisi quod tere. & Grut. Jucundiora si saepe mihi fuerint, duo item Gul. consulti jucundiora licet saepe vulgo fuerint.

5. Quæ dux sepe dictu.) Ita Pall. pr. sec. Scov. Vac. Viæ editio, vulgo dux. statim vestri scripti auctoritate editionis Victorianæ, Pall. pr. quart. quint. Grut. Stev. Vac. alias nostrar.

6. Ut verum latum ipsorum dignitas consolare.) Hic est editionis Victorianæ lectio, recepta poëta Lamb. Pall. hic omnes corrupta sunt

numquam tamen gratiiora. Me autem non oratio tua solum, & societas pñne ægritudinis; sed etiam auctoxtis consolatur. Turpe enim esse existimo, me non ita ferre causum meum, ut tu, tali sapientia prædictus, ferendum putas. Sed opprimor interdum, & vix resisto dolori, quod ea me solatia deficiunt, quæ ceteris, quorum mihi exempla propono, simili in fortuna non defuerunt. Nam & Q. Maximus, qui filium consularem, clarum virum, & magnis rebus gestis, amisit; & L. Paulus, 5 qui duo septem diebus: & vester Gallus & M. Cato, qui summo ingenio, summa virtute filium perdidit, in temporibus fuerunt, & ut eorum luctum ipsorum dignitas consolarentur ea, quam ex iep. conlequebantur. Mihi autem, amissis ornamentiis, quæ commemoras, quæque eram maximis laboribus adieps: unum manebat illud solatium, quod exceptum est. Non amicorum negotiis, non reip. procuratione impediabantur cogitationes meæ: nihil in foro agere licet, adspicere curiam non poteram: existimabam, id quod erat, omnia me & industria meæ fructus & fortuna perdisce. Sed, cum cogitarem, hæc mihi tecum, & eum qui-busdam esse communia: & cum frangerem jam ipsi me, cogeremq; illa ferre toleranter, habebam quo configerem, ubi conquiescerem, cujus in sermone, & suavitate omnis curas, doloresque deponerem. Nunc autem, hoc tam gravi vulnere, etiam illa, 7 quæ consanuisse videbantur, recrudecent. Non enim, ut tum me à rep. mecum domus excepiebat, quæ levaret; sic nunc domo mœtens ad temp. confugere possum, ut in ejus bonis acquisescam. Itaque & domo absum, & foro, quod nec cum dolorem quem à rep. capio, domus jam consolari potest, nec domesticum respi. Quo magis te exspecto, teque videre quæ primū cupio. 8 Major mihi levatio afferri nulla potest, quæ conjunctio consuetudinis, sermonumque nostrorum: quamquam spectabam, tuum adventum (sic enim audiebam) appropinquare. Ego autem cā multis de causis te exopto quæ primū videre: tum etiam, ut ante commentemur inter nos, quæ ratione nobis traducendum sit hoc tempus: quod est totum ad unius voluntatem accommodandum, & prudentis, & liberalis, & ut pers. exisse video) nec à me alieni, & tibi amicissimi. Quod cum ita sit, magna est tamen deliberationis, quæ ratio sit in euda nobis non agendi aliqd, sed illius concessu & beneficio quiescendi: Vale.

A R. G. Marellum (consilii ancipitem vieto Pompejo,) portatus us omnibus alius consilii postpositus, à Cesare veniam petat, & Roman redcat.

M. T. C. S. D. M. MARCELLO.

ET si eo te adhuc consilio usum intelligo, ut id reprehendere non audeam, non quin ab eo ipse dissentiam, sed quod ea te sapientia esse judicem, ut meum consilium non anteponam: tamen & amicitia nostra vetustas, & tua summa erga me benivolentia, quæ mihi

jam

quorum pr. quint. & editio pr. ut verum cum ipsorum, sec. ut verum ipsorum, cert. ut verum tamen ipsorum dignitas, quart. ac Grut. ut verum cum ipsorum dignitas, vulgo ut verum ipsorum dignitas, sed ut edidisse repertum quoque in codice Varianæ Bibliotheca.

7. Quæ consanuisse videbantur, recrudecent.) Ita ex Medicæ Viæ, que alter quoque Politiani liber, & Vat. omnes tamen Pall. sicut & Grut. ex consueta, quod quantus est defendit Man. Mihi tamen, si eis, verutatismis libris adhuc prefecere, & bonis rationibus praetere hanc libuit. Versiora enim vulnera peioris conditionis sunt, & adeo deperit salutis videantur CL Gruteri nostri suspicione: 5 disputabimus, ne hisce de rebus aliqd, paucis post diebus. Gitanus in Observationibus suis Lingue Latinæ citat consanuisse, possumque vale pro simplici.

8. Major mihi levatio afferri nulla potest.) Princeps hujus lectionis auctor est Egnat. qui eam oræ prima editionis adiecit, porci tamen eadem optimo Viæ in mente fuisse: imo eam quoque esse codicis Vat. video ex excerptis And. Schotti. sed Pal. pr. ouient. & Grut. & Stev. raro, nisi quod praeterea Pal. pr. raro afferri nulla potest, quod non dispendendum videbitur, si quis sagacius indagetur.

jam à pueritia tua cognita est, me horata est, ut ea scriberem ad te, quæ & salutis tue conducere arbitratur, & non aliena esse ducere à dignitate. Ego eum te esse, qui horum malorum initia multo ante videris, consulatrum magnificissimum, atque optimè gestis, paciatore memini: fed idem etiam illa vidi, neque te consilium civilis belli ita gerendi, neque copias Cn. Pompeji, nec genus exercitus, probare, & temperque summe diffidere. Quia in sententia, me quoque fuisse, memoria tenere te avitror. Ita que neque tu multum interfueristi rebus gerendis: & ego id temper egi, ne interset. Non enim iis rebus pugnabamus, quibus valere poteramus, consilio, auctoritate, causa, qua erant in nobis superiora: sed lacertis, & viribus, quibus patres non eramus. Vici sumus igitur: aut, si Vinci dignitas non potest, fracti certe, & abjecti. In quantum consilium nemo potest non maximè laudare, quod cum spe vincendi simul abjecisti certandi etiam cupiditatem: ostendistique, sapienter, & bonum civem initia belli civilis invitos suscipere, extrema non libenter perfugi. Qui non idem consilium, quod tu, fecisti sunt, eos video in duo genera esse distractos. Aut enim renovare bellum conati sunt, huius se in Africam contulerunt: aut quemadmodum nos, 2. victori se se crediderunt. Medium quoddam tuum consilium fuit, qui hoc fortasse humilis animi duceres: illud, pertinacis. Fateor, à plerisque, vel dicam ab omnibus, sapiens tuum consilium: à multis, etiam magni, ac fortis animi judicatum. Sed habet ista ratio, ut mihi quidem videtur, quandam modum: præsternit cum tibi nihil deesse arbitris ad tuas fortunas omnes obtinendas, præter voluntatem. Sic enim intellexi, nihil aliud esse, quod dubitationem affterret cipenes quem est potestas, nisi quod veretur, ne tu illud beneficium omnino non putares. De quo quid sentiam, nihil attinet dicere: cum appareat, ipse quid fecerim. Sed tamen si jam ita constituissest, ut abesse perpetuo males, quam in ea, quæ nolles, videre: tamen id cogitare deberes, ubicumque esses, te fore in ejus ipsis, quem fugeres, potestate: qui si facile paucis esset, te carentem patria, & fortunis tuis, quiete & libertate vivere: cogitandum tibi tamen esset, Romane & domitiae, cuiusmodi res esset: an Mytilenis, aut Rhodi malleis vivere. Sed cum ita latè patet eis potestas, quem vetemur, ut terrarum orbem complexiva sit: nonne mavis sine periculo domi tua esse, quam cum periculo aliena? Evidenter, etiam si oppentina mortis esset, domi, atque in patria mallem, quam in extensis, atque alienis locis. Hoc idem omnes, qui te diligunt, sentiunt: quorum est magna, pro tuis maximiis, clausissimum virtutibus, multitudo. Habemus etiam rationem rei familiaris tuae, quam dissipari nolumus. Nam tibi nullam potest accipere injuriam, quæ futura perpetua sit: propter eam quod neque is, qui tenet temp. patienter, neque ipsa resp. tamen impetum prædonum in tuas fortunas fieri nolo. Hi autem qui essent, auderem scribere, nisste intelligere considerem. Hic te unius sollicititudinis unius etiam multæ, & assidue lacrymæ C. Marcelli, fratris optimi, deprecantur: nos cura, & dolore proximi sumus: preribus tardioris, quod jus adeundi, 2. cum ipsi depreciatione

ne eguerimus, non habemus. Gratia tantum possumus quantum victi. Sed tamen confilio, studio, Marcello non desumus. A tuis reliquis non adhibemur: ad omnia parati sumus. Vale.

TARG. *Irrum Marcellum hortatur ut Romanam redcat.*

M. T. C. S. D. M. MARCELL O.

NEQUUS monete te audeo, præstanti prudenter virtutem:
nec confituisse, maximi animi hominem, & unum-
